

*1<sup>st</sup> Sunday of Advent*

*Luke 24: 25-33*

*In illo témpore: Dixit Jesus discípu-  
lis suis: Erunt*

*signa in sole, et luna, et stellis, et in terris*

*pressúra géntium prae confusióne só-  
nitus maris, et*

*flúctuum : arescéntibus homínibus prae timóre, et*

*exspectatióne, quae supervénient univérso orbi :*

*Nam virtútes caelórum movebúntur : et tunc*

*vidébunt Fílium hóminis veniéntem in nube cum*

*potestáte magna et majestáte.*

*His autem fieri incipientibus, respicite, et levate  
capita vestra : quoniam appropinquat redemptio  
vestra.*

*Et dixit illis similitudinem : Videte ficulneam, et  
omnes arbores : cum producant jam ex se fructum,  
scitis quoniam prope est aestas. Ita et vos cum  
videritis haec fieri, scitote quoniam prope est  
regnum Dei.*

*Amen dico vobis, quia non praeteribit generatio*

*haec, donec omnia fiant. Caelum et terra*

*transibunt : verba autem mea non transibunt.*